


Tybi Aegyptiorum, quibus colligimus annū Romanum à nato Christo cxxxvi. quinto Calend. Ianuarij, una hora noctis sequentis, Sole existente medio motu in part. ccxxviii. scrup. liiii. à quo Venus plurimum distabat uespertina part. xlvi. scrup. xvi. apparēs ipsa in part. cclxxvi. & sextante. Quibus discretæ sunt absides inuicem, nempe summa in part. xlviii. cum triente, ubi breuiores accidunt Veneris euagationes, & infima in part. ccxxviii. & triente, ubi maiores, quod erat demonstrandum.

Quæ sit ratio dimetientium orbis terræ & Veneris. Cap. XXI.

**R**oinde etiam ex his ratio constabit diametrorum orbis terræ, & Veneris. Describatur enim orbis terræ  $AB$ , in centro  $C$ , dimetiens eius  $ACB$  per utramq; absida, in qua capiatur  $D$  centrum orbis Veneris, eccentrici ad  $AB$  circulum. Sit autē apogæi locus  $A$ , in quo existente terra plurimum distabat centrum orbis Veneris, dum esset ipsa  $AB$  medij motus Solis linea, ad part. xliii. & tertiam. In  $B$  uero ad part. ccxxviii. & tertiam. Agantur etiam rectæ lineæ  $AE, BF$ , contingentes orbem Veneris in  $E, F$  signis, & connectantur  $DE, DF$ . Quoniam igitur qui sub  $DAB$ , angulus subtendit ad centrum circuli partes circumferentiæ xliiii. & quatuor quintas. Et angulus  $AED$  est rectus, erit triangulum  $DAE$  datorum angulorum, ac deinde laterum, nempe  $DE$ , tanquàm dimidia subtendentis duplū  $DAE$  part. 7046, quarū  $AD$  est 10000. Eodem modo in triangulo rectangulo  $BDF$ , datus est angulus  $DBF$  part. xlvii. & triētis, erit quoq; subtensa  $DF$  part. 7346, quarum fuerit  $AD$ , 10000. Quibus igitur  $DF$  æqualis ipsi  $DE$  fuerit part. 7046, erit  $BD$  earundem 9582. Hinc tota  $ACB$ , 19582, &  $AC$  dimidia 9791, & reliqua  $CD$ , 205. Quatenus igitur  $AC$  fuerit una



S rit una